



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 40. Petri Bertani Cardinalis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

quod Imperator ~~tum~~ Joanni Friderico  
Saxoniae Duci intulerat, captus instru-  
ctis judicij actis in quatuor partes dis-  
sectus periit.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1558.

§. XL.

*Petri Bertani Cardinalis obitus.*

Hoc item anno sex Cardinales e vivis  
erepti fuere, quos inter primus erat <sup>Ciacon. in  
vit. Pont.</sup> tom. 3.  
Petrus Bertanus Mutinæ in patria sua <sup>p. 775. &</sup>  
Episcopus. Hic anno Domini millesi- <sup>Andr. Vill.</sup>  
mo quingentesimo primo natus, juvenis <sup>in addit.</sup>  
adhuc S. Dominici institutum profiteba- <sup>Ughel in  
Ital. sedta.</sup>  
tur, ubi inter suos cum summo applau-  
su Theologiam tradidit, sacrique Præco-  
nis munus cum ingenti nominis sui fama  
obiit, donec Anno reparatæ salutis mil-  
lesimo quingentesimo trigesimo octavo  
ad Fanensem Episcopatum die decima  
octava Novembris nominaretur, qua  
dignitate auctus postea a Paulo III.  
ad Tridentinam Synodum, necnon a  
Julio III. tanquam Sedis Apostolicæ Le-  
gatus ad Carolum V. Cæsarem decer-  
nebatur, atque ab eodem summo Pon-  
tifice Anno reparatæ salutis millesimo  
quingentesimo quinquagesimo quinto  
Mense Decembri Cardinalis tit. SS. Petri,  
& Marcellini creatus fuerat. Intererat  
quoque Sacris comitiis, in quibus de  
eligendo Julii III. Successore agebatur,  
parumque absuit, quin ob ejus merita

F 3 Aulæ

Sæcul. XVI  
A C 1558

Aulæ Romanæ sat perspecta post Marcelli II. obitum a Cardinalibus ad D. Petri Cathedram eveheretur. Præterea in Concilio Tridentino pro sententia, quæ Conceptionem B. Virginis fuisse immaculatam negat, acerrime disputabat, nec minus ferventer pro Episcoporum residentia perorabat: ut vero Concilium alio transferretur, nullum non movebat lapidem: tandem Romæ ultimum diem clausit, hoc anno die octava Martii circiter annos quinquaginta septem natus, ac sepultus fuit in Ecclesia S. Sabinae in Monte Aventino apud sui Ordinis Religiosos, ubi sat prolixa legitur inscriptio funebris, quam ejus frater apponi curavit.

§. XLI.  
*Joannis Gropperi ad Cardinalatum nominati mors.*

*Ciccon.*

*p. 851.*

*Aubery vie  
des Card.*

*Dupin. Bibl.  
t. 16. p. 19.*

*Pallav. l. 15.  
n. 16. n. 2.*

*& l. 14.  
c. 6. n. 11.*

Alter erat Joannes Gropperus, qui Cardinalium albo inscriptus legitur, quamvis hanc dignitatem sibi a Paulo IV. Anno Domini millesimo quingen- tesimo quinquagesimo quinto oblatam ob summam modestiam recusasset. Erat Gropperus natione Germanus in Sustensi Westphaliæ oppido natus, juris ac Theologiæ Doctor, necnon Bonnen- sis Ecclesiæ Præpositus, & Coloniensis Archidiaconus, qui suæ eruditionis ex- cellen-